



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 57. Jansenistæ in plures factiones scissi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

nomine Calvinistas acrius urgeret, ut <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
tandem æquis Catholicorum postula- <sup>A. C. 1728.</sup>  
tionibus deferrent, Badenum Comi-  
tatum & Urbem se reddituros sponde-  
bant, paulopost tamen sui promissi im-  
memores, aliena detinere continua-  
runt, cauſſati, quod Catholici Calvi-  
nianæ ſectæ exercitium in restitutis  
urbibus omnino eliminare molirentur:  
Nil ergo ſpeſ reliquum erat Catholicis,  
niſi ut pro recuperandis ſuis juribus,  
ac ditionibus ad Sueſſionenſem Con-  
gressum recurrerent, ſuasque neceſſi-  
tates Catholicis Principum Legatis  
illuc agentibus perimpeneſe commen-  
darent.

## §. LVII.

*Janseniftæ in plures factiones  
ſciſſi.*

Sub idem tempus Parifiis innotuit,  
Janseniftas in Hollandiam olim pro-  
fugos ſchismate inter ſe exorto in plu-  
res abire ſectas, acriterque inter ſe  
dimicare: nec id mirum; raro enim Se-  
ctariorum factio diu concors atque unita  
ſubſiſtit; ſua quippe incunabula ſchis-  
mati debet, unde ſequitur, quod, cum  
adoleverit, non alias proles, quam  
nova progerminet ſchismata, quibus  
eiusmodi Sectarii in plures factiones  
*Hift. Eccleſ. Tom. LXXII.* Yy ſciſſi,

Sæc. XVII. scissi, plerumque semetipsos conficiunt.  
A.C. 1728. Tale dissensionis monstrum Amstelodami & Ultrajecti hoc anno fuisse progenitum, vel invitus prodebat Theodoricus ferventissimus Quesnelli Sectator,

qui hoc arcana cuidam Parisiensi Amico suo communicabat, missio in Franciam tabellario, cuius tamen literæ Regis jussu interceptæ in Luparæ scriniis asservantur. Nuntiabantur ergo, hosce Jansenistas novissimè in tres potissimum sectas discessisse. Prima eorum petiit, certum suæ factionis Episcoporum numerum constitui, ut subinde Concilia celebrari possent, ita tamen, ut hi non nisi a Babilonensi Episcopo consecrarentur, insuper habita excommunicatione, qua hic irrititus erat. Horum tamen consilia suo caruere successu, partibus uti genio, ita & sententia inter se longissime remotis. Secta altera ostriebatur ex diversitate opinionum circa usuram in tota Hollandia usitatam; hanc enim licitam, & a Deo nullatenus prohibitam Janenistarum nonnulli afferebant, illos vero, qui oppositæ favebant opinioni, acriter insectabantur, veritatem unaomnes ex Hollandia ejicerentur, si has usuras damnantium sententia Batavis Calvinistis innotesceret. Tertia demum factio constabat ex agmine illo.

illorum Jansenistarum, qui fanatici, <sup>sæc. XVIII.</sup>  
 & figuristæ appellabantur, eoquod non- <sup>A. C. 1728.</sup>  
 nisi in figuris loquerentur, & quic-  
 quid in sua phantasia penitus depræ-  
 vata excoixerant, illud omne cœu ve-  
 ritates minime dubias adorari postula-  
 rent, cunctisque, qui eorum somniis  
 fidem adhibere renuerunt, apertum  
 bellum indicerent. Tam horrenda  
 tempe monstra progerminat privati  
 spiritus, schismatisque monstrum.

## §. LVIII.

Noaillius Cardinalis sensim saniora  
 edocet.

Compertis hisce Quæsnellistarum de-  
 liriis Noaillius Cardinalis rubore  
 suffusus, alte ingeniuit, quod pervers-  
 sis aliorum consiliis deceptus, fanatico-  
 rum ac rebellium factioni nomen de-  
 disset: manifestius adhuc ebrum mali-  
 tiam, & iniquas fraudum machinas  
 detexerat, postquam ab ipso Regio  
 Procuratore Generali, & Grandmontia  
 Ducissa ejus Nepte compererat, quod  
 octo Episcopi Appellantæ die septima  
 Maij publico scripto adversus omnia in  
 Embrodunensi Concilio decreta recla-  
 marint, illisque, qui huic oppositioni  
 subscriperant, ipsum quoque Noaillii  
 nomen addiderint. Hoc intellecto Car-  
 dinæ

Yy 2